Quelle: https://manuscripta.at/?ID=851
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



A I e

40

ciuitas exultans. Interfecti tui non interfecti gladio nec mortui in bello. Cuncti principes tui fugiunt simul: durentque ligati sunt a funiculis. Cuncti sunt pariter. Paul fugiunt. Quotquot inuenti sunt uincti sunt pariter. Longe fugerunt. Propterea dixi. Recedite a me. amare flebo. Nolite incumbere ut consolemini me super uastitate filie populi mei. Dies enim interfectionis et conculcationis et fletus ad dominum deum exercituum in valle uisionis. Scrutans murum et magnificans usque ad montem. Et helam sumpsit pharetram et currum hominis equitis et equitem nudauit clypeus. Et erunt ualles tue electe plene quadrigis et equites ponent sedes suas in porta. Et reuelabitur opimitum iuda et iudeis in die illa armamentarium domus saltus et suspicabitur ciuitatis dauid iudeis quia multiplicate sunt. Et congregastis aquas piscine inferioris et domorum numeastis. Et destruxistis domos ad munienda murum et fecistis inter duos muros et aquam piscine ueteris. Et non respexistis ad eum qui fecerat eam et operatorem eius longe non uidistis. Et uocauit dominus deus exercituum in die illa ad fletum et ad planctum et ad tonsuram et ad cingulum sacci et ecce gaudium et letitia occidere uitulos et iugulare arietes comedere carnes et bibere uinum. Comedamus et bibamus cras enim morientur. et reuelata est in auribus meis uox domini exercituum. Si dimittetur iniquitas hec uobis donec moriamini dicit dominus exercituum. Hec dicit dominus deus exercituum. Vade et ingredere ad eum qui habitat in tabernaculo ad solum positum templi et dices ei. Quid tu hic aut qui es hic. quia excidisti tibi hic sepulchrum. excidisti in excelso memoriale diligenter. in petra tibi tabnaculum. Ecce te dominus asportans te faciet. sicut asportatur gallus galinacius et quasi amictum sic solueuabit te. Coronans coronabit te tribulone. qui pila mittetur te in terram latam et spacosam. Ibi morieris. et ibi erunt currus gloriae tue et ignominia domus domini tui. Et expellam te de tabernaculo tuo. et de ministerio tuo deponam te. Et erit in die illa uocabo seruum meum helyachym filium helchye et induam illum tunicam tua et cingulo tuo confortabo eum et potestatem tuam dabo in manu eius et erit quasi pater habitantibus hierusalem et domui iuda. Et dabo clauem domus dauid super humerum eius et aperiet et non erit qui claudat. et claudet et non erit qui aperiat. Et figam illum paxillum in loco fideli et erit in solium gloriae domus patris sui. Et suspendent super eum omnem gloriam domus patris eius. uasque diuisa gemina omne uas ministerii quasi craterum usque ad omne uas musicorum. In die illa dicit dominus exercituum. auferetur paxillus qui fixus fuerat in loco fideli et frangetur et cadet et peribit quod pendebat in eo. quia dominus locutus est.

XXIII

Onus tyri. Vlulate naues maris. quia uastata est domus. non uenire de syrium. de terra cethym reuelatum est eis. Tacete qui habitatis in insula negociatores sydonis. Transfretantes mare repleuerunt te. in aquis multis semen nili messis fluuius frugis eius. Et facta est negociatio gentium. Erubescere sydon ait mare fortitudo maris. dicens. Non peperi. et non enutriui iuuenes. nec ad incrementum peduxi uirgines. Cum audierit egypto dolebit cum audierint de tyro. transite maria et ululate qui habitatis insula. Numquid non hec urbs est quam glorabat a diebus pristinis in antiquitate sua. Deducet eam longe pedes sui ad peregrinandum. Quis cogitauit hoc super tyrum quidam coronatam.